

DECISIONES
GVIDONIS PAPÆ

IVRISCONSULTI CLARISSIMI,
per eundem ex Senatusconsultis Gratianopolitani
Parlamenti, cuius Præsidem egit, singulari
iudicio & eruditione collectæ:

PRIMUM,
ANTONII RAMBAUDI, & FRANCISCI PISARDI
additionibus elucidatæ:

DEINDE,
STEPHANI RANCHINI, ANTECESS.
MONTISPESS. annotationibus locupletatæ:

POSTREMO,
LAVRENTII RABOTII GRATIANOPOLITANI
SENATORIS, utilissimis obseruationibus recognitæ,

*Nunc verò post varias editiones ad prototypos collatæ, innumèris notis
paratiblis, & scholiis illustratæ,*

Opera

PETRI MATTHÆI, I. V. D.

Accessit eiusdem authoris Commentarius in Statutum Delphinale
SI QVIS PER LITTERAS.



LVGDVNÆ
IN OFFICINA HVG. A PORTA,
Sumptib. Fratrum de GABIANO.

MDC. LXXIII.
CVM PRIVILEGIO.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.



VIRTUTE, DOCTRINA,
AC PIETATE CLARISSIMO VIRO,



D. ANTONIO EMANVELI CHALOM,
Regio Consiliario, & Lugdunensis Dicecesis
Officiali dignissimo,

PETRVS MATTHAEVS I. C. S.



ON QVERIMVR *passim* (*Vir maxime*) Juris-
prudentiam confusis Doctorum sententiis indies in-
extricabilem & inexplicabilem fieri, tamque confra-
gosis & spinosis commentis consui, vt ea quæ in scho-
lis docentur, vix forensi disciplina accommodari
possint. Scribentium enim responsa per alia atq; alia
sacula ita commutantur & tricantur, ab iis potissimum qui malunt in-
signem & hiulcam inscitiam effutire quàm videri nihil scire, vt experia-
mur multos cum de iure quesiti respondent, vel ariolari vel hallucinari,
tot esse sensus quot capita, & quod multis receptum videbatur totidem con-
trariis sententiis destrui. Hinc fit vt vbi vnus ab altero dissidet, non ius
paulatim increscat, sed vix dum natum & constitutum euertatur. In tan-
ta caligine multum lucis adferre solent ea quæ nõ vnus aut alterius cere-



DECISIONES
SENATVS DELPHIN.
OPERA ET INDVSTRIA
CLARISSIMI I. V. D. GVIDONIS
PAPÆ COLLECTÆ.

QVÆSTIO I.
De materia possessorij in causis Ecclesiasticis.


SVMMARIVM.

- 1 Iudex laicus quando sit competens in Beneficialibus.
- 2 Petitorium & possessorium inter se nihil habent commune.
- 3 Iudex temporalis an potestatem habeat in Beneficialibus. Et an in clerum. num. 4.



IN manibus magistri Cathalini Chanterelli, Secretarij Delphin. mota fuit in dicta Curia Parla. inter Priorem Lancij ex vna parte, & Priorem sancti Roberti ex altera, ad causam suorum Prioratum super possessorio, seu quasi decem sexariorum bladi, per dictum Priorem Lancij exigi, vt asserit, solitorum à dicto Priore sancti Roberti super decimis suis, quas idem Prior percipit in Parochia de Mendes, qui Prior sancti Roberti in dicta causa opposuit declinatoriam fori, dicendo quod huic Curia Parla. non competit cognitio huius negotij, cum causa decimarum sit merè spiritualis. Quæritur nunc, an dictus Prior sancti Roberti bene opponat declinatoriam fori. Et videtur, quod sic, vt tenet Ant. de But. in c. fin. de iudic. † Sed contrarium dicendum videtur, quia quando agitur super possessorio, vel quasi etiam in

INDEX MATERIALARVM
RERVM, ET VERBORVM
SINGVLLARIVM IN DECISIONIBVS
GRATIONOPOLITANIS



LUGDVNI,
Ex Typographia Petri Delphini,
Anno salutis,

1593.

D.
GVIDONIS PAPÆ
IVRISCONSULTI
GRATIANOPOLITANI.



COMMENTARIA
IN STATVTVM DELPHINALE,
SI QVIS PER LITTERAS.

Hac postrema editione recognita & summariis locupletata.



LVGDVNI,
IN OFFICINA HVG. A PORTA
Sumptib. Fratrum de Gabiano.

CIO. IO. XCIII.

BIBLIOPOLA AD LECTOREM.



STERILI, & frigida statuti natura, quæ vix interpretationem patitur, tam uberem & fecundam nobis protulit rerum forensium messem in his ad Statutum Delphinale commentariis Guido Papius, ut opera pretium visum sit illa germano nitore, ac integritati restituta Gratianopolitanis Senatusconsultis addere, ut Præceos civilis studiosi causidici, & iuridicundo præfeti iusto volumine integram, & expeditam haberent, ad lites dirimendas, panopliam. Hæc ut scires, præfari volumus. Vale.

INDEX §§. ET PRÆCIPVORVM

CAPITVM STATVTI,

Si quis per literas.

- | | |
|---|---|
| 1 §. Per literas Iudicis.
De literis iudicialibus, & earum executione & commissione. folio 3 | De notorijs differentiis & probatione. fol. 19 |
| 2 §. Propria manus signatas.
De signatura, & subscriptione Iudicis. fol. 9 | 7 §. Rei alicuius.
De varia rei appellatione. fol. 26 |
| 3 §. Possessio.
De possessione civili, naturali, & corporali, & earum effectu. fol. 11 | 8 §. Vel quasi.
De vi turbativa, interdicto recuperanda possessionis, & pensionis solutione. fol. 27 |
| 4 §. Interpretatur,
De presumptione in possessoriis. fol. 14 | 9 §. Absque mandato iudiciario.
De spoliatione in scio Iudice. fol. 37 |
| 5 §. Per decem dies.
De possessione decennio continuata & adepta. fol. 15 | 10 §. Probata.
De probatione possessionis spoliati. fol. 37 |
| 6 §. Notoriè. | 11 §. Et eiectione.
De occulta, & fraudulenta spoliationis probatione. fol. 42 |
| | 12 §. Etiam absque violenti euocatione.
† 2 In quibus |



COMMENTARIA

D. GVIDONIS PAPÆ,

I. C. GRATIONOPOLITANI, IN
STATVTVM DELPHINALE;

Si quis per litteras.

STATVTVM DELPHINALE.

SI QVIS per litteras Iudicis eius propria manu signatas, aut voluntate illius, cuius erat possessio. Quam voluntatē interpretamur interuenisse. Ex quo per decē dies passus est notoriē possidentem possidere rei alicuius possessionem, vel quasi nactus fuerit, per quempiam absque mandato iudiciario à prædicta possessione expulsus, aut deiectus fuerit, probata possessione & eiectione: etiam absque violenti euocatione aliquali, per duos aut tres testes communi existimatione fide dignos, omni allegatione aut appellatione cessantibus expelletur violentus per Iudicem, vel ab eo deputatum, etiam manu militari, si sit opus, & restituetur deiectus, & reponetur ante omnia in statum pristinum, & multabitur violentus Ultra pœnas à iure statutas in 10. marcis argenti, fisci erario applicandis. Mitigatione tamen Iudici concessa secundum modum violentiæ & facultates violenti: violentia verò purgata per in statum pristinum reductionem expulsi, & expensarum ab eodem expulso factarum refusionem audietur: qui fuerit violentus super ipsum allegandis. Quæ autem in violento statuimus eadem, & in clandestinas possessiones ingrediente intelligenda fore censemus, &c.